

OFFICIUM

# S. ROSALIAE VIRGINIS

PANORMITANÆ.

A Sac. Rituum Congregatione reuifum  
& approbatum.

*Pro toto Regno Sicilia recitandum  
die 4. Septembris.*



ROMÆ, Et Iterum Panor apud Insulam 1667.

*Imp. Mart. Rub. G. & V. G. Imp Abb. D. Octavianus  
de Augustino pro Sp. de Daynotto F. P.*



Die 4. Septembris.

IN FESTO NATALIS  
**S. ROSALIAE**  
VIRGINIS PANORMITANAE

*In Vesperis, & Matutin.*  
*Orat. propria.*

ORATIO.

**E**Xaudi nos Deus sa-  
lutaris noster, ut  
sicut de Beatæ Rosaliæ  
Virginis tuæ festiuitate  
gaudemus, ita piæ deuo-  
tionis erudiamur affectu  
& eius intercessione ab  
iracundiæ tuæ flagellis mi-  
sericorditer liberemur.  
Per Dominum &c.

*In I. Nocturno. Lect. d.*  
*scriptura.*

IN II. NOCTVRNO  
*Lectio iv.*

**R**OSALIA Virgo  
orta Panormi à  
nobili Genere suâ ori-  
ginem trahens à Carolo  
Magno in Quisquina

montem quadraginta  
circiter mille passibus  
distantem sola secedens  
Paternæ Domus opes,  
delicias, ac spem maio-  
ris amplitudinis ob pro-  
ponquitatem, & beneuo-  
lentiam Regum Siciliae  
contempnas cum tetricæ  
rupis horrore, & as-  
peritate cõmutauit, in-  
que antrum, cui tunc v-  
nicus, & quidem angu-  
stus aditus è superiori lo-  
co patebat, intrepidè de-  
scendit ea mente quam  
characteribus saxo in-  
sculptis adhuc patenti-  
bus expressit. Ego RO-  
SALIA Sinibaldi Quis-  
quinae, & Rosarum Do-  
mini filia amore Domi-  
ni mei Iesu Christi  
hoc antro habitare de-  
creui



creui. Qua inscriptione angelicis delicijs illa se-  
oculis obuersate suscep-  
tæ vitæ propositum al-  
tius cordi insigere, ac  
Diuinæ beneuolentiæ si-

gna ad castissimæ men-  
tis blandimenta vicissim  
prouocare consuevit.


*Lectio v.*

**I**N hac specu subterra-  
nea sibi, ac mundo  
emortua, consepultaque  
Iesu Christo, vt soli Deo  
viueret, diu, noctu-  
quæ latuit; cauens præ-  
cipuè in montibus Pa-  
terni Principatus ne for-  
tè agnita, in Domum,  
Vrbemque Patriam ab-  
duceretur inuita. Calli-  
das Doemonum insidias,  
quæ asperæ vitæ tedium,  
& solitudinis horrorem  
animo ingerebant, acri-  
ter sauiendo in se ferrea  
catena, vigilijs, & humi-  
cubatione forti animo  
superasse antiquæ Icones  
significant; Cumque hu-  
manis destituta præsidijs  
nihil solatij aliunde hau-  
ririt, quam è Coelo, Do-  
minus qui consolatur,  
& coronat Sanctos suos,

angelicis delicijs illa se-  
pius recreabat.

*Lectio vj.*

**C**Ablesti deinde con-  
filio ex antro Qui-  
squinesi in horridiorē  
spelūcam Peregrini mō-  
tis tribus ferè mille pas-  
sibus procul Panormo  
Rosalia se transtulit, vt  
quò difficiliorem pugna  
secum ipsa committeret  
è conspectu Domus Pa-  
ternæ, eò laudabilius de-  
contemptis mundi ille-  
cebris triumpharet. La-  
tebat ibi ad læuam angu-  
stus concauus, quem ead-  
dem post repertas eius  
reliquias illuc venanti,  
cui se videndam præbuit,  
dixit esse suam Cellam  
Peregrinam, vbi multū  
ætatis exegisset. Hic tan-  
quam Columba in fora-  
minibus petrae gemens  
in celestium rerum con-  
templatione defixa, ad  
perfectissimam Diuina-  
moris normam in soli-  
tudine vitam traduxit,  
& santissimè perennibus  
charitatis rosis, & virgi-  
nitatis lilijs coronata de-  
posuit





posuit pridie nonas Sep-  
tembris , cuius Corpus  
Vrbano Octauo Ponti-  
fice Maximo diuinitus  
anno Iubilei totius Sici-  
liæ plausu repertum, illā  
à peste liberauit.  
*Reliqua, & Missa de  
Communi Virginum, cum  
supradicta Oratione pro-  
pria.*

**S**Acra Rituum Congregatio , ad preces por-  
rectas per Reuerendum Patrem Angelicum  
Rampullam Generalem Ordinis Beati Ioannis  
de Deo, nomine Senatus, & Ciuitatis Panormi  
supradictas Lectiones cum Oratione propria re-  
quisas, & relatas per Eminentissimum, & Reue-  
rendissimum Dominum Cardinalem Ludouisum  
approbavit, & tutò recitari, & imprimi posse  
concessit. Hac. die 27. Nouembris 1666.

*M. Episc. Portuenss Card. Ginettus.*

Loco † sigilli

*Bernardinus Casalius Sac. Rit. Cong. Secr.*



87828



BIBLIOTHECA DE VNI  
1673  
MUSEUM - MURATI



BIBLIOTECA DOMUS  
4613  
IGNATIANUM - MESSINA

Provincia Italiana della Compagnia di Gesu  
Fondo librario antico  
Pieve



















